Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



116

ansa devotionis anno Domini DCCXVI. Aventinus Annal. Boic. l. 3. c. 8: Grimoldus regulus Bojorum (quem c. 7 Theodonis Emmeramo coævus fratrem dixerat) facer Pipini ex hac vita migrat anno sexcentesimo nonagesimo quinto. Theodosius ejus regnum Bojanæ obtinet. Uxor ipsius Glisonotha: filii Theodo, Grimoldus et Hugobertus fuerunt. Atque hi quatuor Bojariam in quatuor diversæ partes. Theodo pater Ratisbonam, Bojariam inferiorem, Nariscos, sibi retinuit. Baioariæ, Suevia, Ultino et finitimis locis Hugobertum præfecit. Superiori Bojaria aliquibus subdita Grimoldum imposuit. Theodo hic in Straubingensi arce habitavit. Theodo filius Alpheam vallem supra Tridentum, quam Venustiam nominant, et conterminos fines, partem Theodeperti patrui, qui jam obierat, administravit.

Ex hoc labyrintho ut evadamus; advertendum I. Aventinum nullam Theodobaldi mentionem facere, quia, ut ait Pagius, is ante patrem diem obiit. II. Idem dicendum de Codice Gemmeticensi, ubi etiam Theodo Corbiniano coævus secundus dicitur, quia Theodo Emmeramo synchronus vetustiori pronuntiatione Dioto appellabatur: nam Theodo primus in eodem Codice agnoscitur ille, qui anno 508 Pannonium transierat. Quod autem idem Codex ait de Theodoberto Grimoldi fratre dicat, inde esse videtur, quia Theobaldus partem Boicæ orientalem, Theodobertus occidentalem III. Idem Codex Gemmeticensis, uti et Chronicon Altichense, quod non nullum Theodoberti faciunt mentionem, sed Theodobaldi; inde factum existimo, quia Theodobaldus superstes Boicæ orientalem, et Gemmeticum et Altichense præsidium, Theodobertus autem occidentalem seu superiorem obtinuerit. IV. Hugobertus Theodoni filius a nemine ante Aventinum tribuitur: ab Aventino autem Gerwoldum Salisburgensi Episcopo apud Canisium, filius Theodoberti dicitur appellatur: hinc Theodobaldum loco Hugoberti posuerunt Aventinus debuisse; et loco Theodonis Theodobertum: quia hic, non ille, Bavari et Avajis sedem habuisse legitur. His observatis

Sic existimo. Theodo S. Emmeramo coævus (quem juxta Addit. 48, III voce) regnavit ab anno circiter 649 regnavit et sedit Ratisbonæ usque circa annum 680. Is fratrem habuit Grimoldum, qui alibi, sive Tersingæ, sive Bavari vel Avajis sedit. Theodo imperio decessit. Grimoldus filios habuit Theodonem IV et Theodobertum I. Theodobertus Utergue vivo adhuc patre regimen capere, ille Ratisbonæ, hic in Alpibus. Grimoldus obiit anno 695; Theodobertus I anno 702, postquam Insprandum et Luitprandum canles fuscepisset. Relegatis: Gundrada Luitprandi postmodum uxore. Hac

Addierem ego: quia is nunquam Ratisbonæ Dominus fuit; sicut tamen Theodobertus post Theodonem; et postea Grimoaldus fuere: nam Arnulfus solos Ratisbonæ Dominos recensere intendit, Jesus enim et patrem Theodonis nominasset.

apud Hansitium Germ. sl. II, f. 323,

finitimo loci Aventino,

f. partem Boicæ

f. mortuo dein Theodoni in Tetrarchia Ratisbonensi succesit sic eidem non nisi brevissimo tempore superstiti

nihil officit, quia Theodobertum Theodobaldi fratrem admittamus: siquidem is Altichensis haud obscure insinuat, duo Theodonem patrem Bojariam inter se et filios suos in quatuor partes distribuisse inter se et filios suos, ut supra tetigi.